UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Bartolvs A Saxo Ferrato In primam Codicis Partem

Bartolus

Lugduni, 1567

Cohorta. & principu[m] cornicu.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96119

Visual Library

LEX XIIII.

PUblici. Exhibitio curſus publici ſecundum cō-
ſuetudinem locorum committitur, vt
plauſtra, id eſt, currus faciant onerari. hoc dicit. Uel ali
ter, currus debet onerari ſecundum conſuetudinem. hoc dicit.
1 † No. ex hac l. optimum arg. quod muli debent onerari ſecūdum
onus ad portandum ſufficientes ſecundum conſuetudinem re-
putantur. Et facit quod ſi oneraui mulum tuum cum onere tre-
centarum librarum, qui bonus ⁊ ſufficiens reputabatur ad tan
tum pondus, ⁊ cum fuerit ſic oneratus deceſſit ex pōdere, quod
ego nō teneor: quia permiſſum eſt mihi ipſum onerare ſecundum
conſuetudinem ⁊ ſufficientiam, per hanc legem.

LEX XV.

SI quis. Mittentes equū in curſum publicum
non mittendum, quadruplum pretiū di-
cti equi fiſco reſtituant, hoc dicit.

LEX XVI.

HIs tantum. Legati gentium Principi nō
ſubditarū curſu publico poſ-
ſunt vti. Et no. agrum. pro ambaſiatoribus Florentie,
vt poſſint onerare equos communis Peruſij pro portandis re-
bus eorum Peruſium.

LEX XVII.

NEmo mulionem. Subtrahēs mulionem
euectioni deputatum,
decem libras argenti fiſco ſoluat, hoc dicit.

LEX XVIII.

ANimalia. Curari debet ne equorum curſui
publico deputatorum pabula, id
eſt, prebenda cariori pretio vendatur, ⁊ etiam vt non te
1 neatur prouincialis viliori pretio vendere, hoc dicit. † Not. quod
poteſt fieri ſtatutum, quod cum tyrones communis Peruſij ve-
niunt ad ciuitatem, quod prebenda annone non poſſit vendi, ni
ſi tanto pretio, dummodo pretium non ſit magis vile quā debeat.
2 † Ultimo not. quod quando equus habet male ad comedendum,
non poteſt ambulare. Et facit contra conductores equorum ad
vecturam, qui non dederunt eis bene comedere, quia ſi macri fa-
cti ſunt, tenentur ad intereſſe, per iſtam legem cum glo. quod not.
3 † Ultim. not. quod eſt argumētum lex iſta quod conducens equū
ad vecturam, non tenetur dare equo tantum de prebenda cum
eſt cara, quantum cum eſt vilis, vel cum iuſto pretio venditur.

LEX XIX.

COmperimus. Prouinciales, ⁊ curiales
ad preſtandum animalia
indebita ad curſum publicum non grauantur: quia ſa-
tis eſt ſi conferunt in pabulis ⁊ pecunijs equorum deputatorū
curſui publico, hoc dicit.

LEX XX.

NEmo. Nullus dux poſtquam ſuum ducatum in-
trauit debet vti curſu publico, ſed iumen-
tis proprijs, quod etiam obſeruatur in officialibus co-
hortalinis, pena contrafacientibus imminente. hoc dicit.

LEX XXI.

NUllus. Etiam eccleſia tempore expeditionis nō
excuſatur ab angarijs ⁊ perangarijs.
1 hoc dicit. † Not. iſtam legem contra clericos, vt propeer
iſtam ſocietatem, que venit in comitatu depredando, currendo ⁊
occidendo, vt poſſint clerici grauari ad datia ⁊ collectas, ⁊ alia
onera ſordida, vt contra dictas gentes reparetur.

De tractatoriis, & ſtatiuis. Rubr. LII.

LEX VNICA.

TRactatores. Licentia data pro animali
bus ad vehendum, ⁊ ad ar-
ripiendum iter, debet biduum cōtinere, ad moram ve-
ro trahendam quinque dies tantum, ⁊ nulli debet da-
ri pro ſe ⁊ neceſſarijs ſibi perſonis, niſi illis tātum qui animalia
1 curſui publico deputata perſequuntur. h. d. † No. ex hac l. opti-
mum arg. quod ſi alicui eſt data licentia de extrahendo certam
quantitatem frumenti extra ciuitatem vel comitatum, quod hec
a licentia non extenditur vltra numerum ſeptem dierū[a] quorū qs
habet duos ad arripendū iter, alios vero quinque pro itinere pfi
ciendo. Quod facit pro licentijs que dantur per gabellarios por
b tarum, de extrahendo ſalmas pannorum extra diſtrictum.[b]

ADDITIONES.

a ¶ Non extenditur vltra numerū ſeptē dierum. adde Ant. Cor.
in fin. ſuis in ver. gabella gl. iiij. incip. ſi alicui eſt data licentia, vbi
allegat, ⁊ ſequit ipſum hic. de quo p Rom. in repe. rub. de arbit.
b ALEX. ¶ Uide Roman. idem tenentem in rubr. de arbit. in ver.
concluſio.

De apparitoribus præfecti prætorio, & priuilegiis
eorum. Rubr. LIII.

LEX

PRefecture. Cornicularij prefectorū com-
pleto munere Principis pur-
puram adorare debent, ⁊ cum ſint otio donati, ad ali-
quod officium non deuocentur, hoc dicit.

LEX II.

PRefectiarios. Prefectiarij exactiōes pro
uincialibus facere non de-
bēt, nec etiam habere cuſtodiam horreorum, cōtrafaciē
tes puniuntur. h. d. Et ſunt prefectiarij officiales prefecti,

LEX III.

COrnicularij. Cornicularij primi ſcrinij pre
fecti pretorio, ſortita laborū
requie priuilegijs hic inſertis gaudent. hoc dicit.

De apparitoribus præfecti vrbis. Rubr. LIIII.

LEX I.

PReter eos. Qui adminiſtrauerunt multa
officia in prouincia, officio fini
to Principis purpuram non adorant. Item appari-
tor ſedis vrbane illuſtris de concuſſione piſtorum cō-
uictus punitur. hoc dicit cum l. ſeq.

De apparitoribus magiſtri militum & priuilegiis
eorum. Rubr. LV.

LEX IIII.

NUmerarios. Numerarij illuſtrium cō-
pleta militia ⁊ principat⁹
munere functi, gaudēt priuilegijs, hic inſertis. ¶ Itē
qui ſunt de numero militū gaudent priuilegijs eorū,
qui vero ſunt vltra numerum, non. h. d. cum l. ſeq.

De apparitoribus procon. & legatorum. Rub. LVI.

LEX I.

OFficio. Proconſul vel legatus non debet eſſe cu-
rialis vel adſcriptus alicui corpori. ⁊ ſi ad-
ſcriptus eſſet, debet reſtitui ei, ⁊ apparitores legatorum
1 dibent eſſe quadringenti. hoc dicit cum l. ſequē. † Nota quod ma
giſtratus ciuitatis dicitur eſſe membrum ciuitatis.

De cohorta. & princ. cornicu. ac primipil. Rub. LVIII.

LEX I.

OMnes. Stationarij, qui Irenarche appellā-
tur, non debēt facere exactiones, nec
aliquem in carcerem mittere, niſi crimen ſit manife-
1 ſtum. contrafacientes puniuntur. hoc dicit. † Nota
quod deputatus ad capiendum malefactores, vel ad ipſos denū
ciandos non poteſt ipſos in carcerem mittere, etiam ſi crimen ſit
notorium. Dixi ſ. de decu. l. finali.

LEX II.

NUllus. Nullus iudex volentem militare approba-
re debet ſine ſacra approbatione, ⁊ licentia
Principis, ſicut facit alia approbatoria, nec permittere etiam ve
here, exceptis prouincie officialibus, qui curſus publici ſolicitu-
dinem ſubſtinent. h. d.

SOlita. Solita priuilegia conceſſa per diuū Dio-
cletianum principem confirmantur, ⁊ etiā
extenduntur, vt j. deſcribitur.

LEX V.

QUicunq;. Primipilarius Hoſdrene prouin-
cie ſi multos habet filios, vnum lo-
co ſui ſubſtituit, alterum tradit curie. alteros vero de-
putabit militie cui volet. Si vero duos tantum habet, tunc ſatiſ
faciet curie ⁊ cohorti, ⁊ ſi vnum tantū habet, tradet ordini ſue pa
trie, priuilegio cōtra hoc indulto, nullatenus valituro, ⁊ q fuerit

ciuitatum obſequio aggregatus, cogi poterit tam ipſe, quã eius
pater ad filium alium curie deputandum, qui ſe ob pꝛiuilegium
patris excuſare volebat, curie deſeruire oſtendendo quomodo in
patris pꝛiuilegium ſucceſſit, hoc dicit,

LEX IIII.

SI apparitoꝛ. Apparitoꝛ criminoſus fu-
giens eſt citandus, qd niſi ve-
nerit intra talem diem, feretur contra ipſum ſententia
a condemnatoria, ⁊ ipſo non comparente, condemnabitur. h. d.[a]
1 ¶ †Et not. quod licet ſententia non valeat, ſi in criminali pꝛofe-
ratur contra abſentem, vbi eſt pena relegationis. l. abſentem. ff.
de pe. tamen contra officialem ferri poteſt, vt l. ne diu. §. de pen.
2 ¶ †Not. etiam gloſſ. hic poſitam ad modum citandi, cum debet
ferri ſententia contra abſentem, quia debet fieri cõminatio, quod
niſi citatus intra talem terminum veniat feretur ſententia con-
demnatoria contra eum. Non ergo ſufficit ipſum citari ſimplici-
ter ad ſententiã audiendam, ſed qd veniat, alias ſententia fere-
tur contra eum, quod not. Et idem credo in ciuili vbi lite non cõ-
teſt. poteſt ferri ſententia, vt ſi pars eſt abſens quod debet fieri
b comminatio modo pꝛedicto, alias non[b]

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Apparitoꝛ dicitur nuncius. l. cum clericis. ad fin. de
epiſ. ⁊ cler. ⁊ in auth. de teſt. in §. ſi vero ignoti. ⁊ Rom. in not. lxvj.
in litera, c. vbi contumax quis non dicitur, niſi pꝛecedente con-
tumacia.
b ALEX. ¶ Bald. voluit contra in l. conſentaneum. §. quomodo
⁊ quando iu. Adde quod Alb. not. Bartol. in l. aut. qui aliter. in
pꝛinci. quod vi aut clam. Quid ſi quis fuit citatus ad audiẽdam
voluntatem iudicis, an ſententia diffinitiua valeat? do. de Rota,
quod non in deciſionibus ſuis, deciſio. cccxxxvj. Et poteſt eſſe ra
tio, quia citatio talis dicitur incerta cum voluntas iudicis poſſit
eſſe in alio quam in ſententia. l. vbicunque. de interro. actio. arbi-
troꝛ tamen qd ſi talis citatio non tendebat ad aliud, niſi ad ſentẽ
tiam audiendam, quod talis ſententia teneret, iuxta cle. ſepe. de
ver. ſign. ⁊ l. Titius. de libe. ⁊ poſth. ⁊ l. certum. ff. ſi. cer. peta. Et
hoc videtur fuiſſe de mente Bal. in l. conſentaneum. quo. ⁊ quan-
do iud. Adde gl. in c. contumaciam. in gl. pe. de here. ⁊ ibi Imo. ⁊
Ananiam in c. ad petitionẽ. de accu. Roma. in litera, ſ, no. xxvj.

LEX VII.

ORdinarioꝛum. Apparitoꝛes quoꝛum-
cunque iudicũ non poſ-
ſunt ſcribi in numero militum aliquoꝛum, aut contem-
platione alicuius ſtipendij relaxari, pꝛiuſquam pꝛimipili ratio-
nem reddiderint, nec etiam petere vt quieti donentur. Item ſolu
tus militia ob delictum non ob quietem accipiet, ⁊ bona talis
delinquentis illi militie relinquuntur. h. d.

LEX IX.

PEr Illyricum. In Illyꝛico centum ap-
paritoꝛes ſingulis iudici-
bus obſecundẽt, ⁊ nõ vltra. ad que obſequia nõ deputa
bũtur iniqui, ſꝫ illi tantũ, q ſolitudines debitas exequũtur. h. d.

LEX X.

QUicunque Ad officium emendi chartas, vel
tabulas, vbi acta publica Pꝛin-
cipis deſcribũtur, nullus deputabitur, niſi pꝛius ſuum
nomen in matricula ſcribi fecerit. hoc dicit.

LEX XI.

SI quis ex grege. Exemptus e grege d
cohoꝛtalium pꝛopter
crimen, ſi voluerit ad pꝛiſtinum ſacramentum repedare,
allegare debet ⁊ oſtendere Pꝛincipis oꝛaculum ex certa ſcientia
1 conceſſum. hoc dicit. †No. hic de verbo repedare. nam idem ſigni
ficat quod a capite incipere. hoc dicit.

LEX XII.

SI cohoꝛtalis. Apparitoꝛ cohoꝛtalis vel
cohoꝛtalis vel cohoꝛti obno
xius ⁊ eoꝛum filij, nulla tempoꝛis pꝛeſcriptione obſtante,
ad aliam militiam conuolantes retrahi poſſunt ad pꝛopꝛiam cõ-
ditionem quod etiam in omnibus deputatis alicui negotationi,
vel ergaſterijs obſeruandum eſt, vt non poſſint ad aliqua pꝛouin
cialium officia conuolare. hoc dicit.

LEX XIII.

NUllum. Nullus pꝛimipilaris vel cohoꝛtalis ad a-
liam militiã aſpirabit, etiam ex aduoca-
tione pꝛincipis, ⁊ ſtatim reſtituendus eſt curie ciuitatis
vnde oꝛiundus eſt. hoc dicit. LEX XIIII.

QUiſquis. Obligatus cohoꝛtis, etiã ex pꝛiuile-
gio Pꝛincipis conceſſo, motu ꝓpꝛio
ad dignitatem aliam non aſpirabit, ⁊ carebit effectu pꝛiui-
1 legij. ⁊ commodum cohoꝛtalis militie non habebit. h. d. †No t. ca-
ſum ſingularem, in quo pꝛiuilegium Pꝛincipis conceſſum motu
pꝛopꝛio nullius eſt momenti. regulariter contra, vt in c. ſi motu
pꝛopꝛio. extra de pꝛeben. lib. vj. Itẽ hic eſt caſus expꝛeſſus quod
ſi ſtatutum dicat quod habens vnum officium non debeat aliud
accipere quod ſi accipiat, ille, qui ſic acceperit, careat officio acce-
pto. ⁊ eius effectu, ⁊ etiam punitur in hoc quod non debebit ha-
bere ſtipendium pꝛimi officij, nec eius pꝛiuilegium.

De diuer. offi. & appari. iudi. &c. Rubr. LIX.

LEX I.

SI quando. Adſtrictus chartarum officio vel
publicis ratiocinijs, ſi ad militiam
conuolauerit ad pꝛimũ officiũ reuocatur, ⁊ in locũ talis
reiecti ſubſtituitur alius, quem merita dignum faciũt. hoc dicit.

LEX II.

a **NUllus.**[a] Reſolutus a militia ad eandem non aſpi
rabit ſine licentia Pꝛincipis, ⁊ impetrãs
contrarium per obꝛeptionem, punitur in quinque libꝛis
auri. hoc dicit.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Bald. not. in l. ij. de libertis, ⁊ eoꝛum liberis. quod do
ctoꝛ ſolutus ⁊ pꝛiuatus doctoꝛatu pꝛopter delictum, non poteſt
iterato intrando examen redoctoꝛari. ⁊ per eundum in l. ij. de ma
nu. vindi. vbi dixit, referendo vltramõtanos, quod ſi comes Pa
latinus creauit tabellionem, qui poſtea pꝛopter delictum fuit
pꝛiuatus tabellionatu, quod non poteſt de nouo creari per comi
tem Palatinum. Pꝛo quo facit c. pꝛeſul. ij. q. iiij.

LEX III.

NUllus. Apparitoꝛ pꝛefecti pꝛetoꝛio publice vtili
tatis obtentu, aut etiã executionis pꝛiua
ti negotij, nõ reuocat ab obſequio ciuitatis vnde oꝛiun-
dus eſt, aut in qua larem firmũ conſtituit. pena imminẽte vacãti-
bus, ⁊ ipſis acceptantibus. qd obſeruatur in domeſticis, ⁊ pꝛote
ctoꝛibus in rebus agentibus palatinis ⁊ ſtratoꝛibus. hoc dicit.

LEX V.

QUicunque. Apparitoꝛ ob culpam vel negli
gentiã motus officio per ſenten
tiam ad nullam militiam aſpirabit contrarium facien-
ti pena grauiſſima iniungetur. h. d.

LEX VI.

IN his. Nullus debet fieri pꝛoconſul Aſie, co-
mes Oꝛientis, pꝛefect⁹ Auguſtalis. vel
eoꝛum vicarius, niſi per ſacri ſcrinij pꝛobatoꝛiam cõſe
cretur, pena contrafacientibus imminente. h. d.

LEX VII.

AD ſplendidioꝛis. Qui militiam infe-
rioꝛis gradus perfi-
cit, ad maioꝛem poteſt accedere, dum tamen faciat pꝛo-
poſito honoꝛem adipiſcendi, non cupiditate lucri, vel vt poſſit de
licta iam facta occultare, vel habilius in futuruꝫ delinquere. h. d.
1 †Et no. quod clauis iuſtitie multum errat in hoc, quando delicta
maioꝛum celantur.

LEX VIII.

VIros. Duces ⁊ apparitoꝛes ⁊ limitanei caſtro-
rũ conueniuntur ſub officioꝛuꝫ magiſtro,
non tñ per hoc derogatur iuriſdictioni magiſtri militũ
Thꝛacie vel Illyrici, qui ex conſuetudine cõtra eos iuriſdictionẽ
1 habent. h. d. †Et no. ex hac l. ꝙ ſi ſtatuto caueatur ſcholarẽ debe
re conueniri tñ ſub epiſcopo. ⁊ de conſuetudine eſt ꝙ rectoꝛ etiã
cognoſcat de his qd per iſtud ſtatutum nõ derogatur iuriſdictio
ni rectoꝛis. quam habet ex cõſuetudine, ſecus ſi eam haberet a l.
2 Pꝛo hoc facit qd no. in c. j. extra de conſti. lib. vj. Secundo no. qd
a conſuetudo dat iuriſdictionem oꝛdinariam[a], ſicut lex. ⁊ hoc not.
b gl. §. de emancip. lib. l. j. ⁊ fin.[b]

ADDITIONES.

a ¶ Oꝛdinariam. ad qd lata ⁊ not. vide Fel. in c. cum contingat. de
fo. compe. ver. glo. in verbo conſuetudine. ⁊ quod ibi dixi in apoſt.
b ALEX. ¶ L. cũ pꝛetoꝛ. §. j. de iud. ⁊ ibi gl. ⁊ in l. moꝛe. ibi doc. ⁊
in verbo ſequen. in verbo nec ipſa liti. ff. de iuriſ. omn. iudi. de quo
per Io. an. in c. j. de offi. oꝛdi. ⁊ in c. iiij. de conſue. ⁊ in c. Romana.
circa pꝛin. de fo. compe. in vj. ⁊ de excep. in fi. in vj. Facit qd no. in
c. cum contingat. de fo. compe. vide tex. ⁊ Bart. in l. fi. §. j. de aqua
plu. arcen. ⁊ ibi dixi, ⁊ Ro. in litera, c. no. lxxxviij.

LEX